

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Discordia n  
cum uariis

Peruerse mentes si semel ad studium contrarietatis eruperint, siue prauum siue rectum quid a contradicentibus audiant, aduersis hoc responsionibus impugnant quia cum persona per contrarietatem displicet, nec recta que protulerit placent. At contra bonorum corda quibus in odium non uenit persona sed culpa, sic peruersa diiudicant ut recta que dicuntur assumant. Et sic male prolata respuunt ut tamen approbent que ex ueritate cognoscunt.

Gregorius libro IX. moralium in principio.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

displicet] disputet B; peruersa *om.* B; in principio *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>